

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

ORATIO

tare debetis. Nam si quis in populari statu honoratus, quem statum dei ac leges seruant, postea contra
 legem scribenti fauere audeat, statum ipsum ciuitatis oppugnat, pro qua honores suscepit. Que igitur de-
 fendendi ratio esset potest viro iusto, ac modesto aduocato, ego dicam. In partes tres diuidit dies quum
 de hoc crimine in iudicio agitur. Prima infundit aqua accusatori, & legibus ac libertati ciuitatis. Secun-
 da reo aduocatis eius, deinde si primis sententiis non absoluit reus, tunc iam tertia datur ad poenam
 delicti constituendam, & ad magnitudinem irae vestrae. Quisquis ergo in poenam depracatur, iram viam de-
 precatur. Qui autem primo loco sententiam petit iusiurandum petit, quorum nihil petere fas est, neque petenti coe-
 dere. Iubete igitur eos sinere primam sententiam ferri, deinde poenam deprecantur. Equidem viri athenien-
 ses affirmare ausim conuenire, ut lege caueret, ne in huiusmodi crimine liceat actori neque reo aduocatos ha-
 bere. Non enim hoc iudicium in discipulatione iuris consistit, sed clare patet leges. Quomodo in architec-
 ta quum discernere volumus rectum sit aliquid necne, regulam adducimus pro qua dignoscitur, sic in his cau-
 sis regula est iusti vel iniusti tabella haec & hoc decretum ac leges iuxta scripta, haec non inter se discrepare
 ostendas, & descende. Quid opus est demosthenem aduocare? Nam quum iusta excusatione preteritis
 astutum hominem, & verborum artificem aduocas, decipe nos quibus, ciuitatem laedis, libertatem offendis. Sed
 quo vos aduersus hanc iniustam defensionem resistetis iudices, iam vobis dicam. Quum in hoc loco
 constitutus Ctesiphon proemium sibi a demosthene dictatum narrauerit, ac deinde persistet in causa, ne-
 que se excusabit, iubete ipsum sine aliquo tumultu capere tabulam ac leges iuxta ipsum decretum legere. Quod
 si fingat non audire, neque vos ipsum audiatis. Non enim ideo conseditis iudices, ut iniustas excusationes
 audiretis, sed ut audiretis eos qui iuste se excusare vellent. Sin autem omissis ceteris demosthenem aduoca-
 bit, potissimum esset, ne malum hominem verborum cauillationibus leges oppugnantem, audiretis neque ad
 virtutem quisquam hoc illi ascribat. Quod si vobis audire placeat demosthenem, iubete ipsum eundem ordi-
 nem excusando seruare, quem ego in accusando. Non enim vitam demosthenis, prius discussi, neque publica
 eius crimina (quibus vberem ad dicendum habere materiam) enudavi. Sed primo leges ostendi vetates
 eum coronari, quibus reddendis rationibus publice administratorum obnoxius esset, deinde Ctesiphonem
 tem decreuisse coronam demostheni, de hoc ipso obnoxio redargui, nec ascriptisse quum rationem reddi-
 derit, sed vos ac leges omnino paruipendisse, futuras etiam cauillationes aduersus ista dicendas re-
 futauit, quarum ut meminereis oro. Secundum vobis narraui leges de preconis faciendis quibus ap-
 te cauetur, ne is qui a populo coronatur extra concionem pronuncietur. Ctesiphonem autem non leges solu
 transgressus, sed tempus & locum preconii faciendi, non in concione, sed in theatro, neque dum con-
 cilio haberetur, sed dum tragedie agerentur, pronunciarum coronatum decreuit. Post haec pauca de priuatis
 criminibus, multa de publicis locutus sum. Eodem igitur ordine respondere demosthenem iubeatis.
 Ad legem quae de obnoxio est primum, de preconis secundum, tertium & maximum quo dono sit di-
 gnus. Quod si a vobis petat, ut alio dicendi ordine uti sibi permittatis, ac in fine orationis suae respo-
 surum se legibus promittat, non concedatis, neque ignoretis hanc esse artem, quandam ad iudicium euer-
 tendum. Non enim quia tunc respondere velit, sed quia non habet quid respondeat aliarum rerum
 iniectioe vos in obliuionem legum & criminis conatur abducere. Ut ergo in gymniciis certaminibus
 videtis pugiles de loco inter se certare, sic vos vniuersam diem pro reo, ac pro ordine orationis
 cum demosthene certetis, neque permittatis extra accusationem vagari, sed assiduitate ac diligentia au-
 diendi fugas eius custodiatis, & in accusationem reducatis. Sed quae vobis euenient si per hunc mo-
 dum illum audietis, haec vobis praedicere debeo. Adducet enim illum veneticum Marfupio, inciso-
 rem qui reo indicit. Hic plorat facilius quam alii ridet, periurat promptissime omnium hominum, ne-
 que admiraretur si in istos qui circumstant conuersus eis malediceret, ac potentes ad accusationes popula-
 res ad subsellia rei venisse affirmaret. At haec factiosa eius verba, si ista dicit, ita respondeatis. Si tibi
 similes fuissent o demosthenes illi qui populum restituerunt, nunquam popularis status in hac urbe vi-
 guisset. Sed illi difficillimis temporibus ciuitatem seruauerunt prolato illo pulcherrimo verbo, neque
 preteritorum facinorum reminisceretur. Tu autem orationes meditaris, & verba quotidiana plus tibi
 sunt curae quam ciuitatis salus. Quando autem periurans pro fide iurandi Iouem appellabit
 illud ei subiiciatis, qui saepe mentiatur, ac semper in iureiurando adhiberi sibi fidem postulet, duorum al-
 terum, quorum neutrum huic est, aut deos esse vanos, aut auditores non eosdem. De lacrimis autem
 ac labore vocis cum a vobis queret dicens, quo me conferam viri Athenienses, circumscripsistis me in
 demosthenes, aut ad quem confugiam, subiicite. At uero populus atheniensis quo iam se confert de-
 demus. Deseruisti urbem, nec in pyrro habitas, sed ex urbe euadis pecunias tibi comparasti ex regio
 auro, & ex publicis corruptelis. Tandem quid iste lacrimae, quid haec vociferatio, quid rauedo ista
 vocis sibi postulat. Reus est in hoc iudicio Ctesiphon, Tu neque de vita, neque de patrimonio certas,
 omne tuum certamen est de aureis coronis, ac de preconio in theatro faciendo qui deberes si hic popu-
 lus male sanus ac sui oblitus, tam alieno tempore coronare te vellet, huic honorem pro teipso depraca-
 ri dicens. Non enim decet viri athenienses pro quibus rebus ciuitas luxit, ac fordidata fuit pro illis
 me coronari. At puto ista diceret vir, qui neuera cum virtute vixisset. Quae vero tu dices, diceret mo-
 strum aliquod, qui virtuti obrectaretur. Nullus verum formidet iudices, ne demosthenes vir for-
 tis ac celsi animi si corona non potest, sibi ipsi domum reuertens, o mortem consciscat, quibus a deo gloriam
 parauit, ut detestabile illud ac obnoxium caput, quod iste contra leges coronandum censuit milies